pacis altissimi respirationem et cessationem ab effusione Christiani sanguinis iubebat, si na-
turam quoque Induciarum perpendat (quae sunt saltim quasi manuductio ad generalem pacem)
et quod restitutio omnium nec necessaria est, nec semper fieri soleat, ausim ego asserere
praesentes conditiones Sac. Reg. Mti Vrae et utiles esse, et honorificas. Ego vero nonnulla
alia Regias Mttes Vras, et pristinum inter Regna ac Dominia Vra commercium concer-
nentia magis particulariter proponenda habeo, vel apud Reg. Mttem Vram vel eius Com-
missarios, quandocunque visum fuerit, certa spe fretus, me in omnibus Sermi mei Regis
mandati, facturum esse indubitatam fidem, meique privatae voluntatis et propensis-
simi animi Sac. Reg. Mti Vrae debita cum humilitate inserviendi.

Responsum eidem Legato noe Sac. Reg.
Mttis Sigismundi IIIii

Sac. ac Serma Mttas Regia Dnus nr Clemenmus fraterni affectus et benevolentiae Sermi
Magnae Britanniae Regis contestationem, cum omnis felicitatis sibi Domuique suae Regiae
comprecatione per Magcum et Gnosum Legatum delatam, pari animi benevolentia excipit,
et vicissim Sermo Magnae Britanniae Regi faustos rerum omnium successus exoptat,
eique paratissima studia et officia defert ex animo
Quod Sermum Magnae Britanniae Regem belli nobis Regnisque nris illati, et a nobis annis pro-
pe viginta propulsati capiat fastidium, non dubitat Mttas Rega illud a syncero affectu et
aucta maiorem utriusque amicitiae et sanguinis necessitudine proficisci. Perret adhuc recenti
memoria Sac. Mttas Regia, Sermi Parentis Magni Britanniae Regis felicissimae recordatio-
nis mirificam amoris in se propensionem, hanc quoque vigere non dubitat apud Sermum ipsius,
quam paternarum virtutum et laudis gloriam adamasse palam est omnibus. Proinde
cum Sermus Magnae Britanniae Rex ad redintegrandam pacem inter Regiam Mttem
et agnatum ipsius lubenti animo proxenetae partes sese suscipere declarat, quemadmodum
nunquam adhuc ab honesta pace alienum se praebuit, ita eam huic Sermi desiderio deferen-
dum iudicat, et tractationi pacis per Sermum Magnae Britanniae Regem continuandae assenti-
tur. Illud tamen Reg. Mttas subveretur, ne hostis quod hactenus fecit, posteaquam pacis
et tranquillitatis se studio teneri simulaverit, non solum utriusque Regum autoritatem et digni-
tatem susdeque habeat, sed etiam omnes conatus et studia pacis eludat: Siquidem iam sa-
pius repetitis concordiae tractatibus, ubi illud flagrantissime concupiscere videbatur, et
in quo rerum pondera et momenta versari asserebat, obtinuit, operam omnem et studium
frustratus, non solum paci studere, verum etiam veltum maxime amicitias etiam barba-
rorum et hosti Christianique nominis hostium parare, eosdemque contra nos et Regna nra arma-
re deprehensus est
Quod itaque res ea utcunque opera dicti eius Legati composita, bellumque ad annos aliquot
suspensum sit, multum se eo noe Sermo Magnae Britanniae Regi Sac. Reg. Mttas
obligatum esse agnoscit datura operam ut vicissim quavis occone hanc Sermi Magnae
Britanniae Regis benevolam propensionem et affectum paribus benevolentiae amorisque
fraterni officiis resarciat et suam erga subditos eius affectum in gratiam Sermi
Magnae Britanniae Regis contestetur.

Porro quod attinet petitiones et querelas Subditorum Sermi Magnae Britanniae Regis contra Mtis Regiae Commissarios navales, oblatas, mandabit serio Mtas Regia eâ de re diligenter inqui-ri, et si quid tale comperent, de quo merito Subditi ijs sertis conquerantur, dabit operam ut remedijs iuris et gratiae, componantur et nullae querimoniis occones relinquantur. ac in Regnis et ditionibus ijs Maiestatis Subditi Sermi Magnae Britanniae Regis, beneuo-lentia, gratia et patrocinio Regio foueantur.

Caeterum Mageo et Generoso D. Suae Mtis Legato, cuius erga se propensum studium probe perspectum habet, gratiam suam Regiam defert.

Conditiones armistitii cum Suecis per Com-missarios Reg. Mtis conclusi

Axelius Oxenstern Regni Sueciae Senator et Archicancellarius, Exercituum in Borussia Legatus, ibidemque partium Sac. Reg. Mtis Regnoque Sueciae Subiectarum Gubernator Gene-ralis, Liber Baro in Kimito, Dominus in Tyholmen et Tydoen Eques Aura-tus

Notum testatumque facio Universis et singulis quorum interest. Postquam in reducendae pacis negotio, in nuperis tractationibus, consil certum et firmum ob varias difficultates et causas statui poterat, Sermus autem Princeps Dnus Georgius Vilhelmus Elector Dux in Prussia ? sollicite instiitent, ne rone eorundem tractatuum eius cogitatio abduceretur, atque ut animi interea mitigarentur, pacatioresque ad reassumendos tractatus redderentur, neque sit intentioni utriusque partis absonum visum ut armistitium aliquot Mensium, siue suspensio armorum ad tempus constitueretur idcirco noie Sac. Reg. Mtis ac Regni Sueciae sequentibus condonibus et legibus armistitium hoc vigore praesentium ineo et statuo.

1° Suspendantur utrinque arma ab hoc die ad ultimum usque diem Maij stylo veteri anni hu-ius 1629

2 Miles utriusque partis suis se stationis contineat, omnibusque excursionibus, direptionibus, vio-lentiis, incendiis in Territoria et Subditos alterius potestati subiectos faciendis abstineant, sique quid contrauentum à quopiam fuerit, iustitia ad requisitionem partis laesae, administre-tur.

3 Durante hac armorum quiete neutra pars, quicquam hostile aggrediatur, aut tentet, aduersus Castra, Munimenta, Ciuitates, Territoria, aut loca alia, in alterius manu et po-testate constituta, sed cuncta in eo statu maneant, ad exitum usque dictae suspensionis armorum in quo nunc sunt.

4 Itinera atque actus liberi et minime impediti, siue terra siue mari sint

5 Hac armorum cessatione omnia loca subiectaque Territoria, quae alterutra pars nunc possidet, absque alterius impedimento, iniurijs, apertis vel clandestinis molitionibus, quiete et pacifice teneat et possideat, nullis omnino ab hac Borussia tam Ducalis quam Regalis parte exce-ptis et exclusis.

6 Quantocius publicentur in omnibus stationis militum ac Vicinis Urbibus in Borussia ne quis inscitia pactis nris nocere queat.

Promitto itaque noie S. R. M. Regnique Sueciae verbo militari, necnon fide bona et publica, cuncta hoc ex parte nra seruatum iri. In cuius rei certitudinem Maiorem hoc manu mea subscripsi et Sigillum apponi iussi. Elbingae d. 28 Martii 1629

Puncta